

nis humane intellectus & voluntatis esse propriam

sua intellectuali cognitione eorum, quae ad actionem concurrunt: equis non videtur, utramque rationalis animi facultatem dicendam esse principium efficiens cujuslibet actionis humane? Negari tamen minime potest, quin actio humana jure potiori sit attribueda voluntati, quia nimirum intellectus quasi faciem tantummodo praebet actioni producendae, voluntas vero actionem decernit, ac molitur sive per se, sive ministerio inferiorum potentiarum: hinc nihil iniquitate, ut actio appetit simpliciter voluntaria, quamvis praeviam intellectus cognitionem involvatur. Deficiente igitur alterutrius facultatis influxu mox explicato, actiones desinunt esse voluntariae, adeoque humane seu morales: & ob hunc solum voluntarii defectum, secula etiam consideratione liberi proprie sumpti, nequeunt actus imputari ad culpam vel laudem, ad penam vel praemium: nam esset, ut imputentur ad eorum aliquid, praeter voluntarium requiratur etiam liberum, quod est quid amplius quam simplex voluntarium; at tamen, ut non imputentur, sufficit solus defectus voluntarii; hoc enim absente, praeterquam quod actio non censetur propria hominis, in quantum bona est, & ab aliis irrationalibus creaturis differt, ut ait Angelicus (1.2. q. 1. a. 1.) intelligitur abesse etiam liberum, quod in voluntario fundatur. Quare, ut ad observationem radeantur superiorum (n. 119. & 120.) clarius exinde patet, cur plerique Morales Theologi mentionem liberi seponant in prima disputatione de voluntario, & involuntario.

123. Quale sit proprium discrimen inter coactum, naturalem, spontaneum, voluntarium, & liberum.

123. Ex illa complexione ambarum animi facultatum, intellectus scilicet & voluntatis, necessario concurrentium ad quelibet actum vere humanum, facillimum erit colligere discrimen Voluntarii a Coacto, Naturali, Spontaneo, Libero. N. M. Coactum originem trahit a principio, quod est agens extraneum, ut motus unius corporis violentia aliena attracti. Naturale potest esse a principio intrinseco quidem, sed agente juxta tendentiam suam sine cognitione, ut ignis est naturale sursum ferri. Spontaneum oritur a principio intrinseco cum aliqua cognitione solum materiali, & imperiecta, ut feles sponte amat escam. Liberum vero non modo fit ab agente intellectuali cum propensione voluntatis, sed etiam ex indifferentia, & electione procedit. Consequendo tamen loquendi, quae vocem exactum rigorem non semper servat, in praesenti materia spontaneum cum voluntario confunditur, uti quandoque & involuntarium cum libero.

124. Quomodo voluntas se differat a voluntario, & voluntum.

124. Idem Voluntarium debet ferri a Volito. Etenim, ut aliquid voluntarium sit, debet ex dictis procedere a voluntate tantum effectus; ut autem sit voluntum, satis est quod possit esse objectum voluntatis, atque in eo voluntas sibi complacet (n. 100.) Sic ex. ca. quod Deus portet omnia verbo virtutis suae, glorificatur in consilio Sanctorum, quod post longa nobis Pharus respiciatur, sunt haec omnia mihi volita, sed voluntaria non sunt. Sicuti vero dari potest voluntum, quod non est simul voluntarium; ita ex opposito potest voluntarium esse, quod non est voluntum, immo expresse nolitum, si tamen hoc sumatur de inefficaci volitione, ac nolitioe: id patet de quavis actione, quae fieri a nobis solet cum quadam displicentia, sive voluntate solum indulta, ad vitam servandam, vel ad reparandam sanitatem.

125. Distinctio voluntatis efficaciae, & inefficaciae, & malus Angelus potuerit appetere aequalitatem Dei, illam exemplis se declarat (in 2. d. 6. q. 1.) Actus volendi duplex est, simplex, & sub conditione; vel sub aliis fratur doctrinae, & exspectant sanitatem vult sanitatem, & alio modo infirmus desperans de sanitate: vult enim sanitatem primus, qui sperat sanitatem sibi possibilem, & habet desperans ejus voluntatem efficacem, & imperativam media inducentibus sanitatem. Sed desperans vult voluntatem complacentiam, sed non voluntatem efficacem, quia non querit media inducentia sanitatem, pro eo quod non existimat illam posse sibi acquiri. Et ista voluntas secunda potest esse alienius impossibilis, & hoc sufficit ad meritum, vel demeritum; quia est fit impossibile, tamen potest quis consentire illi pleno consensu, & ista voluntas movit Angelus appetere aequalitatem Divinam. Hujusmodi porro doctrina monstrat Doctor, verum esse utrumque istud dictum Philosophi in Ethicis: voluntas potest esse impossibile: electio non est impossibile.

126. Sex divisiones voluntarii sunt conveniendae.

126. Efformata jam accurata Voluntarii idea, progrediamur ad ejus Divisionem, quae multiplex est, ut passim apud Auctores legitur; est non omnes conspiciunt in denominandis singulis divisionum membris, maxime ubi de Voluntario in causis, indirectis, virtuali, interpretativo agitur; ex quo periculum infortitur confundendi divisionem unam cum altera. Sextuplex notari debet divisio voluntarii. Prima dicitur

est voluntarium vel propria, vel aliena voluntate illud vere a nostra procedit voluntate; uti hinc quotidiana ea delicta, in quibus testis Scriptura Sacra ostendit omnes: istud primario est quidem ab alterius voluntate, sed tamen moraliter imputatur etiam nolite, ut originale peccatum Adami, in quo iuxta Apostolum omnes peccaverunt: quia scilicet homines fuerunt in ipso, dum peccavit. Et quia omnes in ipso peccaverunt obligati, ut legitur in Bonav. (1. 2. q. 33. ar. 1. q. 2.) Sic autem nobis imputatur a Deo, quod in ipso peccaverunt illud peccatum, quod factum in ipso actuale, & via generatiois carnalis in omnes posteris transiit, unde non infat macula habitante contaminat unde apud eundem Seraphicum D. alicuius inquit: Peccati non admittuntur pro culpa. Adde tantum sed pro culpa propria, quam habent; licet non habent eam agendo, sed contrahendo.

127. Reliquae quinque Divisiones spectant solum voluntarium, quod diximus voluntatis propria: nam ubi de peccatis modo agitur, ea nequeunt nobis imputari, nisi a voluntate nostra aliqua ratione pendeant, & proficiant; ex eodem enim Seraph. Doctore, praeter Adamum, qui solus habuit potestatem vitandi totam masculam generis humani, nullus Patris proximus potest in prolem suam culpam aduersam transiit. Unde cum (Exod. c. 20.) dicitur: Oculi zelotes vindicare peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem, monet intelligendum esse alterutro illo in sensu; nempe quod peccatum parentum transeat ad prolem vel imitatione, quomodo peccata proximorum parentum in filios sequenter pertransiunt; vel punitione, eoque tantum temporalis, non aeterna. Siquidem (ut ipse arguuntur ex aliis Scripturis Exod. c. 44.) dicitur filius non portare iniquitatem patris. Ergo si hoc non est verum de parente remoto Adam saltem veritatem habet circa proximos; (& ad Galat. c. 6.) Unusquisque onus suum portabit; sed si peccata parentum redundant in prolem, non portaret unusquisque onus suum, immo etiam alterius.

128. Ad omnia profusum verum nominis peccata, quae sunt alia ab originali noxia, necessario requiri speciem vel quam voluntarii propria, non privata nostra doctrina est, sed verissima fides Catholica Ecclesiae, quae Lutherum, Balam, & ceterosque Novatores proseripit etiam hoc nomine, quod docuerint motus inordinatos concupiscentiae, rationem quoque ac voluntatem nostram praevencientes, esse formalia peccata, interditta naturali divinaque lege. Hujus erroris fundamentum est, quia iidem Novatores persuasum, ad rationem peccati in nobis non requiri voluntarium voluntate propria, sed sufficere voluntarium voluntate aliena Adami, qui non solum originaria lapsus nos fecerat, sed etiam ingeneravit nobis pravam illam concupiscentiam. Satis hoc totum manifestavit Bajus in triplici praefatione damnata Propositione: nempe in 46. Ad rationem, & definitionem peccati non pertinet voluntarium: nec definitionis questio est, sed causae originis, utrum omni peccatum debeat esse voluntarium? 49. Prava desideria, quibus ratio non consentit, & quae homo inuis patitur, sunt prohibita praecerto, non concupiscent. 51. Concupiscentia pro lex membrorum, & prava ejus desideria, quae inviti sentiant bonitas, sunt vera legi inobedientia.

129. In hanc rem tam absterri erroris plura obtrudi possent testimonia Ecclesiasticorum Doctorem, quae ipse tenus haud modicum difficultatem ingerunt. Nos, ne ab instituto nostro nimium recedamus, perpaucis producemus ex Augustino, Angelico, Seraphico, aliquantulum diffusius, moxque sano in sensu interpretabimur; ut inde pateat modus rite exponendi quaevis aia possunt occurrere tunc in ipsorum, seu in aliorum Libris. Augustinus (lib. 4. contr. Jul. c. 2.) ait: Concupiscentia, in quantum inest, nocet, etiam si non consentitur. Et (lib. 1. de Magn. & Conc. c. 23.) docet, eos qui non consentiunt concupiscentiae alieni ad illicita, servare quidem mandatum (Eoc. c. 18.) Filii, post concupiscentiam suam non esse, sed non illud Decalogi, non concupiscent. Angelicus (quod l. 4. ar. 21.) motus appetitus sensitivus, si sequatur iudicium rationis potest esse etiam peccatum mortale: si autem praevenerit iudicium rationis, est quidem peccatum, si tamen in aliquod illicitum: est tamen peccatum veniale & levissimum; & hic dicitur primus motus peccati. Seraphicus (in 2. d. 2. p. 1. ar. 2. q. 2.) Contingit delectari ad apprehensionem delectabilis ante advertentiam delectationis: hoc est sensualitatis; & abique dicitur peccatum veniale. Contingit delectari post apprehensionem delectabilis; & peccatum delectationis, ante plenum consensum deliberationis; & hoc est inferioris partitis, & aliquando mortale, aliquando veniale. Et (dist. 21. dub. 4.) ait cum Magistro, quod in nobis tentatio huius potest esse sine peccato, tentatio carnis minimi.

130. Supervacaneum plane est contraria congerere testimonia, in quibus praesul dicitur

hic explicatur prima, quae dicitur vel propria, vel aliena voluntate

127. Demus admissio peccato, nullum aliud prope nobis imputari, nisi si aliquis motus voluntarium voluntate nostra propria: hinc ad huiusmodi voluntarium referendae alia subsequenter divisiones.

128. Fides ac sensus Catholicae Ecclesiae contra Novatores esse, nullum peccatum concupiscentiae nobis imputari, nisi si aliqua mensura nobis voluntarium.

129. Proferuntur variis textus SS. Aug. Thomae, Bonaventurae, qui peccatum scilicet veniale voluntarium admittunt in moribus concupiscentiae etiam intellectus rati.

130. Declaratur quantum dicitur

erit *voluntas* voluntarii. Hinc idem Angelicus (1. 74. ar. 3.) docet in sensualitate posse dari peccatum, eo quod *actus sensualitatis potest esse voluntarius, in quantum sensualitas nata est a voluntate movente; & hoc ipsum extendit (ar. 2.) ad omnes alias potestates, quae possunt moveri ad actus suos, vel ab eis recipi per voluntatem*: quod similiter a Seraphico (in 2. dist. 41. ar. 2. q. 2.) docetur. Ejusmodi autem doctrina magis confirmat praecedens ratiocinium nostrum (n. 134.) ubi necessitatem voluntarii ad peccaminosos sensualitatis motus deduximus ex ipsa virtute utriusque Doctoris, qui videbantur contrarium insinuare. Nam si eatenus sensualitas, & alia quaevis potentia, nata a voluntate moveri, potest esse subiectum peccati, quatenus actus talis potentiae potest esse voluntarius materialiter; plane sequitur, nullum adesse peccatum, quoties contingit eundem actum nullo modo voluntarium esse.

138. Traditur divisio quarta voluntarii, Perfecti, & Imperfecti: quae probere videtur da ubi agitur de sereno iudicio circa peccatum mortale.

139. Affertur quinta divisio voluntarii (sui vocat. & c. 74.) secundum illud, & secundum causam, sive Formalem, & Virtuales.

140. Occasione superioris exempli desumpti ex missis, pergit Tertullianus (lib. de veland. virg. c. 16.) *vela caevis, & quidquid pudor absolute regi possulat. Si mater et propter filios; si soror, propter fratres; si filia, propter patres: omnes in te etates periclitantur: indue armaturam pudoris. Cum eximio Dei beneficio, qui te prius deformem Salutaribus Undis mandavit, deputata iam sis Superne Civitatis ambulantium cum Agno in albis; cave, ne te deducat hic receptor, seu antiquitus induta consuetudo terrena Urbis, in qua te esse dicit Hier. (epist. ad Marcellam) humilem esse miseria est. Nam, ut observat Greg. IX. Summus Pontifex relatus simili in causa ab eodem Lambertino (c. 1. n. 2.) Condemnatus nec juri positivo praedictum generat, nisi sit rationalis, & legitime praesentis; multo magis causa erit, quae naturales divinalque leges servandae modeste sua excelsa, pressa periculum solis inducit, quatenusque consuetudine, quae dicenda est, verius intentionis in peccato parte contraria, posse aliquatenus derogari, inquit laudatus Gregorius. Neque*

ut teipsum, aut alios decipias, quasi sic oreris, ut moroso placeas marito. Primo enim, quid si a viro prohibita nihilominus te immoderate ornare? plane inexcusabilis est: quod iuxta Ultricum, & Joann. de Friburgo (in Sum. Confess. lib. 3. tit. 34.) Guippe tunc hoc faceres ex superbia, vel ex libidine. Dein, si ita est, subdit S. Joann. Chrysol. (hom. 10. in epist. ad Coloss.) *Igitur domi hoc facias: si velis contrarium sit: domi ruidior, fortis compissima procedis. Tandem, esto praecipit revera maritus immodestam vestium pompam, ad eamque tendendam diurni nocturnique sui laboris mercedes insumat; praeterquamquod si non adverte, quod Seraphicus (in Spec. Anim. cap. 3.) vult attendendum, aliud decere divitem, aliud pauperem, aliud viduam, aliud conjugatam; neque tot parva vestium conventire burgensi alicui feminae; quot reginae; numquid imperio suo honestabit corruptelam naturali juri repugnantem? Utique ex Angelico citato (art. 2.) mulieres licite se possunt ornare, vel ut conservent decentiam sui status, vel etiam aliquid superaddere, ut placeant viris suis; at ornatus semper intelligitur, quem ipse ex Apollolo describit, cum verecundia, & sobrietate, ut deest mulieres, quae pietatem profertur. Nunc, dimisso sequiore textu; rem nostram annuo agamus.*

141. Sexto tandem, voluntarium explicatum ab Angelico (1. 2. q. 6. art. 3. & 141. Affertur quae est. 77. art. 7.) per actionem, & omissionem actionis, dividitur communissime in Directum, & Indirectum; prout nempe ab aliquo dicitur esse aliquid dupliciter: uno modo directe, quod procedit ab aliquo in quantum est agens, sicut alectio a calore; alio modo indirecte, ex hoc ipso quod non agit: sicut submersio navis dicitur esse a gubernatore, in quantum desistit a gubernando. Voluntarium igitur directum est omne illud, quod voluntas positivo influxu operatur sine per se, sive per subiecta sibi potentias: quomodo Filiis Heli Sacerdotis voluntarium erat peccatum grande nimis, quo retrabantur homines a sacrificio Domini (1. Regum cap. 2.) Indirectum autem est, quod provenit a voluntate non operante, cum possit, & interdum etiam debeat; sicuti erat ipsi patri Heli idem peccatum puerorum, qui cum pro suo munere teneretur, maxime post auditum universi Populi rumorem & scandalum, acriter illos increpare & punire; id tamen facere praetermisse, ea enim tarda, & blanda allocutio: *Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio; res pessimas; ab omni populo? nolite, filii mei, non enim est bona fama, quam ego audio, ut transgredi faciat: Populum Domini: non fuit sufficiens correctio, immo mala ex D. Bonav. qui (in Bibli. Patr. c. 55.) ait: Heli Sacerdos male correxit filios suos, & ideo tam ipse quam illi a Domino sunt puniti. Eodem modo & reliquis Parentibus imputantur peccata praeteritum notoria filiorum, si hos lente remissione corripiant: Audio de vobis res pessimas, non est bona fama, nolite filii mei: vel si etiam ex praepostero nimium amore nullatenus increpent eo praetextu, quod tener ac ferventi aetati sit indulgentium: ac potius excipiant durius amicos aut propinquos, qui bono fine ipsis insinuant delicta Puerorum, ut convenienti castigatione continentur in officio. Vae tali indulgentiae animabus perniciosae ultra quam aestimari possit, immo & Republicae universae, quae incolumis & tranquilla diu perflare nequit, ubi juvenes complectitur male institutos.*

142. Postrema haec voluntarii divisio locum habet saepe numero in peccatis, & Indirecti, quae dicuntur omissionis, hoc est, desertionis actus debiti faciendi in tempore de voluntarii exempli supplicium peccata. terminato uti Seraphicus (Centil. part. 1. sect. 8.) illam definit. Ubi ob omissionem aliquam contra praecipuum affirmativum, obligans ad agendum pro loco & tempore, contingunt subinde alia diversae peccata, vel in ipsis hominibus, (omissionis), qui agere praetermiserunt, vel in aliis quibuscumque: tunc ea omisso in se praescribe spectata dicitur voluntaria directe, quippe omissiones culpabiles sunt aliquo modo volente efficaci voluntatis actu; vel peccata eadem omissionem consequentia censentur indirecte voluntaria. Ita ex ca. si Confessarius negligat parare sibi eam rerum moralium peritiam, quam habere posset, ac debet pro officii sui ratione, ideoque Penitentes, ubi opus est, minime instruat, & dirigit in via salutis, atque isti ob huiusmodi remissionem pergant frequentare periculosas occasiones, uturrius inire contractus, & illicita alia perpetrare; tunc omisso studii, & instructionis erit Confessario voluntaria directe; delicta vero Penitentium indirecte; quae scilicet non agendo eorum malitiam participat, juxta illud D. Hidorii (lib. B. de sum. Bon. c. 44. Qui docendi accepit officium, si facta proximi corrigere potest, & dissimulat; verum est quod consensum alieni erroris habeat. Ita pariter de dignitate, Antioch. Theol. Moral. T. I. P. I. L. te,

ce, qui pompis ac gulae deditus cum ab elemofynis, & mercedum folutione ablineat, in cauffa est, cur pauperes & operarii excaedant, blafphemant, furentur.

143. Indican- tur conditiones requifitae ad inducendum voluntarium tam Indite- dum, quam Virtual.

143. Exempla utriusque num. Superioris facile quomque deducunt ad intelligentiam trium illarum conditionum, quae requiruntur, ut culpam negligentia agere imputetur tamquam voluntaria indirecte alia peccata confectaria, quaque pariter concurrere debent ad illud voluntarium, quod (num. 139.) vocavimus *virtuale* five secundum suam causam. 1. Est, ut agens, vel omittens agere, communi saltem confusaque cognitione praeviderit, vel praevideri poterit ac debu- rit, consecreturum effectum malum; haec enim palam eruitur ex voluntarii defini- tione (num. 121. & 122.) quae necessarium ostendit praecedentem aliquam cogitationem. 2. Ut causam ejusdem effectus potuerit vitare, five agendo, five omitendo; quia ad impossibile neminem teneri prorsus indubitatum. 3. Ut il- lam quoque debuierit evitare, quippe ubi nulla legis obligatio cogit quidpiam agere vel omittere, ubi nullum peccandi periculum, si secus fiat. Cautos non in illa animadvertione voluit Angelicus, qui (1. 2. quae. 6. art. 3.) postquam docuit voluntarium esse posse, aut directum, aut indirectum, mox subdit: Sed sciendum, quod non semper id quod sequitur ad defectum actionis, reduitur sicut in causam in agens, ex eo quod non agit, sed solum tunc, cum potest, & debet agere. Si enim gubernator non possit navem dirigere, vel non esset ei commissio gubernatio navis, non imputaretur ei navis submersio, quae per absentiam gubernatoris contingeret. Quia igitur voluntas volendo, & agendo potest impedire hoc, quod est non velle, & non agere, & aliquando debet hoc, quod est non velle, non agere imputatur ei, quae ab ipsa existens.

144. Oltre de- claratur, quom- tum tempore quae contrahit peccatum, quod existit voluntarium virtualiter.

144. Sed hic non otiose, nec inepte quis sciscitabitur, quandom malus effectus lubidine consequens agenti, vel omittenti agere, imputetur tamquam voluntarius virtualiter, vel indirecte? num scilicet postea, quando effectus re ipsa produ- citur, aut potius antea, quando causa illius apponitur agendo, vel non agendo? Utrumque in Scholis jam a diuturno tempore propugnatum iri constat, nec hodie spes affligere fore, ut unanimi Doctorum suffragio tandem definitur; quisque igitur in suo sensu abundet. D. Bonav. (in 2. Sent. dist. 22. in fine) declaratans quendam ignorantia homines excuset, istam questionem sic paucis expedit. Si ignorantia est introducta per culpam propriam, sicut est in ebrio, & furioso, quorum uterque se precipitavit in hoc per culpam suam; sic non excusat a toto, sed a tanto quia sicut dicit Philofohus (1. 3. Ethic. c. 7.) ebrius habet duplices maledictiones, maledictionem scilicet pro culpa procedenti, & maledictionem pro culpa subsequenti. Quantum autem & qualiter excuset subsequentem culpam, diversimode quidem determi- nant. Quidam enim dicunt, quod nec ebrius, nec furiosus, qui usu rationis caret, committere potest novam culpam, sed ex inordinatione sequenti aggravatur culpa prima; potest enim culpa aggravari ex effectu sequenti. Alii autem videtur, quod nec sic excuset, quin novam culpam committat; non tamen est adeo gravis, sicut si illam faceret ex certa scientia: primus tamen modus dicendi probabilior esse videtur. Hicdem verbis repetit hoc ipsum (in Gentil. p. 1. sect. 25.) ubi scribit, ija videri magis periti; inter quos, nullum mihi dubium, quin potissime intellexe- rit Praeceptorem suum Alexand. Alesensem, qui (par. 1. Sum. quae. 114. memb. 7.) haec docuit: Tunc dicitur omisso perpetrari, quando aliqui applicat se ad actum il- licitum impossibilem cum illo actu, ad quem tenetur, ut si iste tenetur vive ad ma- tutinas, & inebriat se, vel fit in colloquio infructuoso, propter quod non furgens ad matutinas, tunc omittit.

145. Commu- nior ea senten- tia circa pec- catum Indite- ste, & in- causa volun- tariam, cum quaedam di- stinctione acci- pienda.

145. Bene tamen advertit P. Anacletus in Morali Theologia (tra. 1. disp. 1. qu. 3.) quod licet peccatum commissionis, aut etiam omissionis, indirecte vel in causam tantum voluntarium, contrahatur mox in ipsa oppositione, causae seu impedimen- ti quae fit in libera hominis potestate; non autem tempore subsequenti, quod sequitur illud, e. mors alterius veneno causata, aut omisso Sacri, vel recitationi Breviarii, si tunc revera adfuit impotens impediendi mortem alterius, vel Sacrum audiendi, ni- hilominus ad incurvendas penas, vel inhabilitates (sicuti sunt Censurae, & Irregu- laritates ex delicto), quae Jure Ecclesiastico in perpetrantes certa crimina sunt flatu- tae, regulariter loquendo, non sufficit sola oppositio causae istum criminum; sed re- quiritur ut tale crimen opere externo consummetur; ut Doctores communiter tradunt. Rationem hujus posterioris adferti hanc assignant. Quia leges penales sunt stricte interpretandae; simulque earum verba debent intelligi cum effectu, ex cap. haec au- tem verba, de Penitent. dist. 1. & Glossa ibidem. Nam sola voluntas & co- na-

natus non solet per leges humanas puniri sine effectu, nisi secus in injuncte Le- ge exprimitur, prout in Legibus Crivilibus exprimitur, loquendo de crimine Lesae Majestatis.

146. Seraphicus Doctor est. singulas voluntarii divisiones, quas (a num. 126. hu- jusculque) declaravimus, nullibi ita distincte proponat, illas tamen brevibus comple- ctitur (in 2. Sent. dist. 47. dub. 3.) ubi enumerat novem gradus voluntarii, scem- dum quos peccata voluntaria dicuntur secundum plus, & minus. Quilquis igitur unicus obtutu univerfas perspicere cupit, sequentia ejusdem verba perleget. Primo dicitur, quod est voluntarium, quod est a voluntate nullo inclinante, nec inte- rius, nec exterius; sic fuit peccatum Luciferi voluntarium. 2. Voluntarium dicitur, quod est a voluntate, aliquo suggerente exterius, sed nullo inclinante interius; & sic fuit peccatum primi hominis voluntarium. 3. Dicitur voluntarium, quod est a volun- tate, aliquo inclinante tam exterius, quam interius; & sic est peccatum mortale, quod aliqui perpetrat ex deliberatione, & intentione post lapsum naturae. 4. Est volun- tariam, quod est a voluntate, non movente ad illud directo, movente tamen ad illud ex consequenti; sicut est peccatum omissionis, quo quis omittit ad Matutinum surge- re, quia voluntarie se inebriavit. 5. Est voluntarium, quod est a voluntate non mo- vente ad illud directo, nec appetente, sed aliud surgente; sic est peccatum, quod homo facit mortis timore. 6. Est voluntarium quod est a voluntate, non plane id quod agit cognoscente: sic peccatum ex ignorantia dicitur voluntarium. 7. Dicitur voluntarium, quia consequitur ad aliquid, quod voluntarie factum est ab illo eodem, a quo illud fit; sic peccata quae consequuntur ebrietatem, in quibus homo se scienter induxit, dicuntur aliquo modo voluntaria. 8. Dicitur voluntarium, quia est ab ali- quo potente prohibere, non tamen prohibente; sic peccatum veniale, quod est primus motus, dicitur esse voluntarium. 9. Dicitur voluntarium, quod introductum est a vo- luntate aliena, sicut a causa prima: & sic peccatum originale dicitur voluntarium. In omnibus istis modis praedictis salvatur aliquo modo ratio voluntarii, proprie tamen & principaliter in duobus modis primis.

146. Sex vo- luntarii divi- siones, habet non exarata, periculis sub- jectus a D. Bonav.

SECTIO II

De Libero.

147. Nunc a Voluntario ad Liberum progrediamur. Ut pateat penitus, quomam in sensu solet communiter dici (num. 97.) liberum esse debere actum dispositionis de humanum, hac statim animadvertere oportet. Duplex licetmori essentia actus hu- mani; una Physica, quae est ipsa actionis entitas naturalis, altera Moralis, quae est habitudo actus ad normam agendi praefertam. Inter praedicta essentialia actus humani physice considerati sunt haec duo, quantum ad rem praesentem at- tineat, nempe quod sit motus ab insensibilia voluntatis inclinatione emanans, quod ex producente cognitione intellectus producat; quae sunt ea ipsa, unde idea voluntarii (num. 121.) voluntate, mere accidentalis perfectio actus physice considerati est. Dandi accidentalem nomino mutata voce ab aliis Auctoribus, qui de hoc ar- gumento scripsere, separabilem intelligi, quia nimirum, immutata entitate physica actus, ratio liberi potest perque adesse, vel abesse, ut patet de univerfis motibus, qui cum ante omnem advertentiam rationis consentant actus hominis naturales, post- modum accedente deliberatione, & consensu dicuntur actus humani liberi. Libertas igitur ad humanum actum requiritur, prout moraliter consideratur, sub quo respic- tu sunt quaevis synonymae voces humani, morales, liberi.

147. Incipit Libero, & fla- tum declara- tur, quo sensu libertas dicitur necessaria ad actum hu- manum.

148. Eadem autem libertas exigitur ad moralem actum, non quod proprie ut forma constitutiva moralitatis (qua de re initio Articuli 5. differemus) sed quia radix basilique est omnis moralitatis. Est id impraesertim accuratè demonstran- dum, non quod obsecrum aue incertum putemus, verum ob hanc praecipuam cau- sam, quomom eo confecto ipsa quoque existantia humanae libertatis manet praefertabilis. Morales actionum, necessario secum fert impraesertim earum ad lau- dem vel vituperium, ad praemium vel poenam; atque impraesertim hujusmodi nul- lum potest habere locum, temel ac voluntas fingitur desinita libertate agendi, seu facultate se ipsam determinandi ad agendum; sublata igitur libertate, necesse est ipsam, quomom moralitatem destrui. Assumptio manifeste est Patribus, Cle- mens Alex. (1. 1. Strom.) sic ait: Nec laudes, nec vituperationes, nec hono- res, nec supplicia iusta sunt, si anima non habet liberam potestatem. & appetendi,

148. Ostendi- tur, moralita- tem esse consi- dere sine liber- tate; sique li- bertas ipsa ad- firmatur.

L. 2.

Et averfandi. D. Auguft. (l. 5. de Civ. Dei c. 9.) Si concedimus nullum eſſe arbitrium voluntatis, omnis humana vita ſubvertitur: fruſtra leges dantur; fruſtra obprobriationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur; neque ulla juſta bona promittuntur; & malis ſupplicia conſtituta ſunt. Et haec quidem illationes rite deduci, naturali quoque lumine conſtat: talia namque Auguſtinus protulit ex mente Ciceronis ita ratiocinantis in hypotheti, quod ſato ſiant omnia, quae ſunt; cui hac in re ipſa multatenus contradixit.

149. Id ipſum conſideratur a ſua ratione perſpicuum

149. Praeterea, quomodo moralitas actionum tota non ſubvertitur, ſi horum aliquid admittatur; videlicet hominem, etiam dum peperam agit, & contraria legibus molitur, minime peccare; aut ſi vere peccat, univerſa eius peccata in Deum fore retulenda? Atqui, deſumpta homini libertate, alterutrum omnino ſatendum eſt. Primum ſic declarat D. Bonav. (in 2. Sent. diſt. 41. ar. 2. q. 2.) Quoniam libero arbitrio commiſſum eſt regimen totius hominis, ſi aliqua deordinatio fiat in regno totius animae, ipſi libero arbitrio impuſtatur: unde ſi omnia membra, per quae conſummata eſt, & omnes potentiae, in quibus aliqua deordinatio facta eſt, traherentur in cauſam, omnia conquererentur de libero arbitrio, cui ſubjecta ſunt, & ei Dominum totum impuſtaret, quidquid in eis malum geſtum ſuit: Unde ſi tollatur liberum arbitrium, jam nullo modo erit peccatum. Et S. Juſtinus Martyr (in Apolog. 2.) Niſi homines poſſent ſuo arbitrio turpia gerere, & honeſta ſecutari, extra culpam foret quidquid agerent. Secundum pariter evidens eſt: hinc ex naturalis juris Tributoribus Hugo Grotius (Opuscul. de Dogmatis Reipublicae pernicioſi) ſcribit: Libero arbitrio ſi qui plane tollunt, evadere vix poſſunt, quin Deum omnium ſcelerum cauſam faciant; id quod in Republica minime tolerandum eſſe; Plato dixit.

150. Decernitur inſuper acceptum adverſus primam argumentum ex cogitatione ab humana libertate ſeritur

150. Atque haec quidem ratio poſterior ſic ad propoſitum ſcopum noſtrum valet, ut ſimul eidem futilem illam exceptionem, qua priorum aliam enervare conantur nonnulli ex adverſo pugnantes; et dicendo nimirum; haud fruſtra leges ſerri, nec immerito praemia & ſupplicia decerni in humana ſocietate, ſemel ex dimittatur ſola libertas civilium ſeu externarum actionum. Proſecto ultra leges, quae poſitivam externam reſpiciunt, extant plures aliae Divinae & Humanae, quibus exacta morum honeſtas, & animi interior juſtitia praecipitur, in iſſue pariter praemia, ac ſupplicia proponuntur. Etenim ex D. Thomae (1. 2. q. 90. ar. 2.) quavis, quae hominibus praerſcribitur, lex omnis ad bonum commune ordinatur, & reſpiciat ordinem ad ſeclitatem communem; & ideo Philoſophus 5. Eth. leg. illa juſta dicit factiva & conſervativa ſeclitatis; & particularum ipſius poſitiva communicatione: atitamen oportet, quod principaliter & maxime lex reſpiciat ordinem, qui eſt in beatitudine, quae eſt finis ultimus humane vitae. Ex quo ſit, diverſi generis leges extare debere; alias nempe, quae pertineant ad ordinationem hominum, & ad temporalem tranquillitatem Civitatis ſeu ſeclitatem poſitivam; & alias, quae ordinem hominum maxime ad Deum, & ad beatitudinem aeternam: uti paſſim docet idem Auguſtinus in univerſa traſtatione de Legibus, (ſed praecipue q. 91. 99. & 103.) Quemadmodum ergo ſatente Melanſtone (in Ethica contraſta 6. de Libertate) Libertatem in externis attentionibus tollere nihil aliud eſt, quam in univerſum delere omnes leges in civitatibus, & concedere inſinitam licentiam omnium ſclerum, & totam ſocietatem generis humani diſſipare: ita proſus, noſtro iudicio eoque verifiſſimo, ſublata libertate reliquarum actionum cum moralium tum ſupernaturalium, elevatur omnes aliae leges a poſitivis diverſae, quavis germanae, Religio deſtruitur, ac Deus ipſe inimulatur injuſtitiae, eo quod vetet ac vindicet, quae reſpueit non eſt in libera hominum poſtate.

151. Janſeniſta convincitur inſegram morum ſeclitatem ſubvertit, niſi poſitivam humanam libertatem agendi & non agendi

151. Jure propterea maximo P. Antoine (in Th. Sch. tr. de Gr. ar. 6.) perſtringens Janſeniſta aſſeclas, ſeu lupos perſonatos, qui cum ex una parte ſimul cum Luthero, & Calvino exiſtunt tantam humano generi illatam eladem originis noxae alluvione, ut libertas etiam voluntatis interierit, indeque complectantur juxta tertiam magiſtri ſui propoſitionem, Apoſtolicum iudicio jam proſcriptam, ad merendum, & demerendum in ſtatu naturae laepe non requiri in homine libertatem a neceſſitate, ſed ſufficere libertatem a coactione; ex alia vero parte ſimulent in ſuis ſcriptionibus Aeteticis ac Moralibus paſſiſſimam Evangelicam doctrinam; jure, inquam, maximo adnoctent, eos vel unico illo falſiſſimo dogmate univerſum morum doctrinam ſus deque vertere. Janſeniſta ſeveriorem doctrinam moralem in omnibus ſequi ſe ſolent, ſed falſo: heretiſta namque Janſeniſta continet principium omnis morum corruptela.

docent.

docent, hominem quoties peccat, neceſſitari in ſuperabilitate per conſuſpentionem ad peccandum; nam hoc ipſo juſtam & legitimum excuſationem omnibus peccatis, ac criminibus praebet: quoniam enim major & juſtior criminum excuſatio poteſt eſſe, quam inſuperabilis neceſſitas peccandi?

152. Quoniam libertas hominis conſiderati etiam ſecundum praerſentem naturam ſtatim iis jam eſt vindicata rationibus, quae contra omnes promittit Adverſarios poſſunt unquam ugeri, quibuscumque ex cauſis promoventur ad eam indicandam; ac praerterea ſunt explicatum, quomodo libertas ad moralitatem actionum exigatur, reſtat nunc, ut clarum diſtinctamque concipiamus ideam huiusmodi libertatis, de cujus extantia ſuadentur perſuaſi. Solent Novatores, ut virus ſuum tegere & incantis illudere poſſint impune, nomen libertatis utantur pro ſpontaneo voluntatis appetitu, ſive inclinatione intima, adeoque liberum cum voluntario confundere; ea ſerme aſtutia qua olim Pelagius ad fallendos ſimplices Graeciae vocabulum admittit; non aliud intelligens quam naturalia dona in creatione hominibus a Deo collata, ſicque evaſuans ſupernaturalem Chriſti gratiam qua ſalvatur jam natura condita, ut notavit D. Anguſtinus (ep. ad Syxt. & ſer. 11. de verb. Ap.) At vero Catholici omnes libertatem proprie ſumptam ajunt eſſe expeditam potentiam agendi vel non agendi, poſſit etiam omnibus ad agendum requiſitis: proinde quod eſt vere liberum, quodpian notionem ſua praer ſerit, quod diſcretum diverſamque eſt a voluntario habitum a nobis praerit deſcripto juxta Scriptores Morales. Ad praercedendas igitur fraus & aquivoſationes omnes, miuſtatim examinemus quaecumque conducunt ad rectam libertatis intelligentiam.

152. Stabilitas humane libertatis exiſtentia aperienda eſt, ad extantiam praerſentem naturae libertatis

153. Solent Theologi cum D. Bernardo, ac Sententiarum Magiſtro diſtinguere triplicem libertatem. Prima eſt Natura, qua quis liber eſt a coactione, & neceſſitate: de qua intelligitur dictum Apoſtoli (1. ad Cor. c. 7.) qui ſtatim in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poſtatem autem habens ſuae voluntatis. Altera Gratia, qua quis a peccato liber eſt, juxta illud Apoſtoli (ad Rom. c. 6.) liberati a peccato, ſervi facti eſtis juſtitiae, & Joannis (c. 8.) ſi vos Filii liberi eritis, vere liberi eritis. Poſtrea Gloria, qua quis immunis eſt ab hujus temporalis vitae miſeriis; de qua idem Paſtus (ad Rom. c. 8.) tunc & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei. Itaque, ut Seraphicus ſubdit (Comp. Th. Ver. l. 2. c. 56.) prima libertas eſt honorum, & malorum ſecunda eſt iuſtitudinis bonorum, tertia eſt in caelo regnantium: ex quo inferit, quod liberum arbitrium liberius eſt in bonis, quam in malis; quia in bonis eſt tantummodo ſervitium miſeriae, in malis autem eſt ſervitium miſeriae, & peccati. Quoties nunc in ſcholis liberum arbitrium nominatur, non gratia aut gloria, ſed naturae libertas intelligitur, nam ſola haec libertas eſt a natura indita homini, adeoque communis bonis, & malis. Hominem in ſtatu innocentiae habuiſſe voluntatem liberam a coactione, & neceſſitate, admittunt eum Catholici Lutherus, Calvinus, & reliqui Novatores; ſed vitiatam per peccatum naturam amittam putant eam libertatem, ſaltem prout importat immunitatem a neceſſitate. Horum poſſima deceptio in eo verſatur, quod Scripturae, & Patrum teſtimonia, quae e libertate dumtaxat gratia aut gloria ſunt accipienda; ad libertatem naturalem tranſierant: homo enim peccando liberum arbitrium dicitur perdidit, non quantum ad libertatem naturalem, ſed quantum ad libertatem, quae eſt a culpa, & a miſeria. Unde S. Auguſt. (l. 1. cont. duas ep. Pel. c. 2.) ait: liberum alitium uſque adeo in peccatore non perit, ut per illud peccet, maxime omnes qui cum delectatione peccant.

153. Diſtinctione triplice libertatis, ſcilicet naturae, gratiae, & gloriae: quarum prima, quae ſerit deſerant omnia liberi arbitrii, minime ablata per peccatum

154. Quandoquidem libertas naturae, in quovis homine etiam lapſo adhuc ſuperſtes, ex dictis immunitatem tam a coactione, quam a neceſſitate complectitur, praerſtat explanare, quidnam coactionis ac neceſſitatis nomine veniat: Coactio eſt vis, qua ſubſtantia ſingula quodpian agere tantummodo ob vim ab extrinſeco aliquo principio eſt illata, quominus ſubſtantia ipſa induat in talem actionem. Voluntas noſtra, cum ſeat ſemper vi ſua, & contra inclinationem ſuam nunquam agat, coactionem proprie loquendo pati nequit; ſecus enim tunc volens vellet, vel volens nollet; ut notat Scotus (in 4. Sent. diſt. 29. q. 1.) quod maniſeſt praer ſerit conſuetudinem. Quare nullus actus ex iis, qui a voluntate dicuntur elicitis (num. 91.) poteſt eſſe coactus; ideoque, impoſſibile eſt unum aliquem proſerere in exemplum coactionis, ut mentit Wolphius (in Phycol. num. 924.) Quidquid ergo voluntarium, ſeu a voluntate proſeclum eſt, uoſſario debet eſſe ſpontaneum, & coactionis experti; ita quidem ut li immunitatem a coactione demas voluntati, ipſam que-

154. Quid ſit coactio, & quae poſſit eſſe ſpontanea voluntas humane

delectat, quomodo necessitas divina gratia ad bonum agendum non peritiam libertatem arbitrium, nec patet exculsationem peccati.

162. Secunda observatio complenditur, quatenus voluntarii & liberi: quibus inhiatur, dicitur voluntarii in necessitatem & contingens.

163. Veteris Magistrum iuxta voluntatem voluntarii, in quem voluntatem bifariam spectamus, quatenus potentia naturalis, & deliberativa est, atque sub hoc diversis respectibus attribuerunt voluntatem ad primum necessitatem, partem contingentes.

164. Tertia observatio admodum, quatenus voluntarii & liberi, quantumvis duo respectibus diversa dicuntur, interduam gratiam inhiatur apud catholicos scriptores.

vare & bonum facere, sicuti potest per seipsum legem transgredi, & malum facere; nonne alicuius ex his duobus consequitur, scilicet hominem vel non peccare omitendo bonum, quod non potest facere, vel carere naturali facultate libere agendi, ac sepe determinandi ad quodcumque voluerit? Dubium hoc evanescit, si attendas quae S. Bonav. (in 2. Sent. dist. 28. dub. 3.) apposite scribit. *Potest quid facere vel vitare, dupliciter aliquis potest: primo modo quia per seipsum sine aliquo alio suffragio potest illud; sicut aliquis potest comedere, quando est sanus, & habet cibum; alio modo dicitur aliquis aliquid posse, non solum quia potest illud per se, & in se, sed quia potest cum alio, quod sibi praesto est; & hoc modo accipiendo, posse omnino quod Deus praecipit in nostra potestate est; quia ipse, qui praecipit, praesto est praebere gratiam adiuvantem, per quam possumus proficere: alio modo accipiendo, posse, non omnino, quod praecipit, est in nostra potestate. Non tamen ex hoc excusatur aliquis; sicut si praeciperet dominus servo, quod daret sibi libidinem, & ipse non haberet aquam, si posset eam acquirere, non excusaretur. Alia itidem addit S. Doctor (dub. 4.) quae ad eandem rem faciunt.*

162. Secundo, libertatis dogma, Christiana Fide ab omnibus tenendum, minime consistit, nisi voluntarii, ac liberi notiones profus diversae habeantur, prout interea materia bipartita hujus Artic. 111. fatis commoustrat. Quadruplex autem potari potest discrimen voluntarii ac liberi: 1. Voluntarium ex se admittit necessitatem, etiam antecedentem absolutamque; liberum illam eliminat: sic ex. ca. homo naturaliter & de necessitate vult beatitudinem, & miseriam velle non potest (ut ait, Angelicus q. 1. de Potestate Dei art. 5.) & tamen voluntarie lubenterque illam appetit, illam averterit: 2. Quod ex priore manat, voluntarium latius patet, quam liberum; cum omne liberum sit etiam voluntarium, non e converso. 3. Ratio voluntarii est perfectio intrinseca & essentialis adionibus humanis, ratio vero liberi accidentaria & contingens dumtaxat est (n. 147.) 4. Fieri potest, ut in uno eodemque actu, qui simul liber ac voluntarius est, augeatur voluntarium, & minuatur liberum: quemadmodum demonstrabimus in Articulo IV. sect. 2. §. 4. ubi de ultimo voluntarii impedimento fiet sermo, videlicet de Concupiscentia. Ex his lumen accedit ac robor divisioni illi apud Catholicos familiari, qua voluntarium distribuitur (n. 136) in necessarium, & contingens.

163. Haec ipsa praeterea nos manu ducunt ad percipiendam celeberrimam apud antiquos Scholasticos voluntatis distinctionem, qua ignorata plura eorumdem testimonia ad praesens argumentum spectantia vix possunt rite intelligi, facillime vero pertrahi ad absolus sensus. Docuerunt illi voluntatem humanam dupliciter considerandam, scilicet prout Natura & Ratio est, seu prout Naturalis & Deliberativa. Priori modo ad unum obiectum, & unum actum necessario determinata est; posteriori modo se habet indifferentem ad plura obiecta, vel ad plures rationes formatas: unius obiecti, circa quas varios actus edere potest: sub priori aspectu est principium simplicis volitionis; sub posteriori principium est electionis. Audiatur Seraphicus (in 2. dist. 24. par. 1. ar. 2. g. 3.) *Concedendum, quod naturalis voluntas, & desiderativa potest esse eadem potentia, quae quidem secundum alium & alium modum movendi sic & sic appellatur. Eadem enim est potentia, quae appetit beatitudinem, & quae appetit virtutem, sive facere hoc bonum, vel illud ad beatitudinem ordinatum: quae, ut appetit beatitudinem, dicitur naturalis, quia immutabiliter appetitus ejus ad beatitudinem inclinatur: ut vero appetit hoc vel illud bonum facere, deliberativa dicitur, & secundum iudicium rationis potest ad contrarium inclinari. Angelicus (3. par. q. 18. ar. 1.) Ipsa potentia voluntatis est naturalis, & consequitur naturam ex necessitate: sed motus vel actus hujus potentiae (qui etiam voluntas dicitur) quandoque est naturalis & necessarius, puta respectu felicitatis; quandoque est libero arbitrio rationis proveniens, & non necessarius neque naturalis. Similia exprimit variis in locis (1. par. q. 41. ar. 1. & q. 82. ar. 1. & 2. ar. 1. 2. q. 10. ar. 1. & 2.) quae digna sunt ut legantur.*

164. Tertio, ex mox dictis nemo est qui non intelligat, voluntarium, & liberum inter se differre, sicut excedens & excessum. Inde est, ut Catholicis sentiant naturalem hominis libertatem, adaequate seae complete acceptam, duplici quavis gradu consistere; & idcirco immunitate praeferre tum a coactione, quae opponitur voluntario, tum a necessitate quae adverberat libero (n. 157.) Nihilominus apud eosdem Catholicos saepe sermone familiari, qui pressam loquendi rationem non semper sequitur, voluntarium & liberum vicaria vicissitudine accipi consueverunt pro se invicem: ita ut quod est dumtaxat voluntarium, dicatur liberum; quodque liberum etiam est, appelletur dumtaxat voluntarium. Exempla occurrunt in Doctore Angelico, ut alios reti-

reticemus. Ipse namque (in 2. Sent. dist. 25. qu. un. art. 4.) ait. *liberum arbitrium dicitur ex eo, quod cogi non potest, hoc est, voluntarium coactione caret sicut sumpta. Viceversa (1. 2. q. 6. ar. 2.) scribit, perfectam cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, prout scilicet apprehensio sine alio potest deliberare de fine, de his quae sunt ad finem, moveri in finem, vel non moveri. Porro quod sic ex praevia deliberatione, & cum indifferentia ad agendum vel non agendum, est vere liberum, & non tantummodo voluntarium. Unde Seraphicus (in 2. Sent. dist. 15. par. 2. ar. 1. q. 2. in fine) si voluntarium dicitur a voluntate deliberante, & consistente, bene concedo quod voluntarium est contingens, hoc est sicut liberum.*

165. Quarto, pariter infrequens non est apud eosdem Catholicos Scriptores, ut liberum arbitrium seu libertas naturae nunc dicatur libertas a necessitate, nunc simpliciter vocetur libertas a coactione. Ita Seraphicus (in 2. Sent. dist. 44. ar. 3. q. 1.) *triplex dicitur esse libertas, scilicet a coactione, a culpa, & a miseria. Alibi vero (Comp. Th. Ver. l. 2. cap. 56.) libertas arbitrii triplex est, scilicet a necessitate, a peccato, a miseria. Angelicus quoque (1. par. q. 83. ar. 2. in fine) homo peccando liberum arbitrium dicitur perdidisse, non quantum ad libertatem naturalem, quae est a coactione, sed quantum ad libertatem, quae est a culpa, & a miseria. Libertatem autem naturalem, superfluit in homine lapsio, dicendam esse etiam a necessitate, & non a sola coactione, paulo ante (q. 82. ar. 2.) fatis expressit. Ibi enim haec thesim ponit: *voluntas non ex necessitate vult, quatenusque vult; & tali argumento confirmat. Augustinus dicit, voluntas est, quae peccatur, & recte vitatur; & sic se habet ad opposita: non ergo ex necessitate vult, quatenusque vult. Eandem libertatem a necessitate palam asserit in alio textu, quem mox (n. 170.) referemus.**

166. Gemina praecedens observatio erit peraeccommoda ad dissolvendas caustas illae captiosae argumentationes Navatorum, qui ad veteris scholae Magistros provocantes, allegare solent illas dumtaxat locutiones, sive sententias, quae a reliquis abstractae, & extrema specie consideratae videntur inde proflus statuerent, quod ipsae communiuntur: scilicet libertatem hominis totam in eo esse, quod sit a coactione immunitus, quod voluntarie & ex propria inclinatione agat, quod sit a necessitate, & tali argumento confirmat. Augustinus dicit, voluntas est, quae peccatur, & recte vitatur; & sic se habet ad opposita: non ergo ex necessitate vult, quatenusque vult. Eandem libertatem a necessitate palam asserit in alio textu, quem mox (n. 170.) referemus.

167. Quinto, haud pauci ex recentibus Protestantibus, qui vel Institutiones Ethicae, vel Elementa Iuris Naturalis, vel alterius thematis opera evulgaverunt, adeo praecare de humana libertate visentur scripsisse, ut qui homines de facie non possent, facile sibi persuaderet, eos nobiscum sentire. Exempli loco aliqua ipsorum proferamus testimonia. Joan. Conradus Duricius (Eth. Inst. par. 2. c. 4.) inquit: *libertas facultas animae rationalis, quae homo possit omnibus ad agendum requisitis, indifferenter per semetipsum potest agere, & non agere; agere hoc, & agere illud. Tum eam hoc modo adstruit. Talem libertatem revera in homine dari, probatione prolata non indiget. Satis enim eam evincunt & consensu hominum doctorem paviter indifferenterque, & optima talium arbitria experientia, dum ipsimet ratiocinantur, & deliberamus atque expendimus, quid velis bonitatis aut damni sint, quid accipiendum, quid respuendum: quae omnia supponunt liberam in deliberantibus electionem, quae & laus & vituperium, premia & poenae, atque ipsa etiam legum ferendarum ratio in libertate agendi fundatur. Eth. c. 1. Petrus de Croula (par. 1. Logica sect. 1. c. 13.) quae evidenter sentio, & sentire & sateri cogor, me cogitare, eadem evidenter, modo attendam, sentio me velle, & cum esse, qui me ad volendum pro lubi-*

165. Quarta observatio ostendit, naturalem libertatem ab ipsa dem Doloribus nunc a necessitate, nunc a coactione tantum dicitur tametsi utramque excludat.

166. Superiori observatio ostendit, naturalem libertatem ab ipsa dem Doloribus nunc a necessitate, nunc a coactione tantum dicitur tametsi utramque excludat.

167. Quinta observatio indicat, siendum non esse testimonium Protestantium, quantumvis specie tenus praesentare loquentium de libertate.

tu scilicet; sumque actuum illorum, qui nomin: id velle veniant, dombus, caussa, arbitrio. Puffendorpius (l. de hom. c. 11.) intrinseca voluntatis indifferencia per extraneum aliquod medium penitus extirpari nequit; ideoque eo firmiter tenendum est, quod, ista sublata indifferencia, actionum moralium humanitas funditus simul tolleretur.

68. Sensus aperitur, quem habere possunt illa testimonia, quatenus ab hereticis hominibus prodierunt.

168. Et tamen, quis crederet? nihil minus, quam istorum suffragium, catholice causam iuvat: cuius quia re penitus inspecta deprehenduntur talia proloquio de humanis actionibus, aut externis tantum & civilibus, aut mere naturalibus. Ubi enim de vera morum honestate, ac de supernaturali operum iustitia disquisitioni instituitur, longe alio utuntur idiomate, quia videlicet deferere nolunt suorum Prodomorum, ac propriarum Sectarum pleudotheologiae syntagmata de humano arbitrio, de peccato originali, de carnali concupiscentia, de merito, deque aliis controversis Articulis. Hinc Cl. P. Ignatius Schvyarzius (tom. 1. Inst. Jur. Publ. par. 1. tit. 1. infr. 1.) postquam relatam Puffendorpii textum lampyridum luce fulgentem expendit, haec subdit: Epsi admittat libertatem indifferencia in ordine ad imputabilitatem actionum in foro externo, spectato saltem merito naturali; negabis tamen spectato merito supernaturali, sola fide in Christum cum Lutero suo contentus.

69. Ex notis erroribus circa liberum arbitrium potissime, quos damnavit Concilium Tridentinum, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re; sicutum denique a Sabana inuestum in Ecclesiam, anathema sit (can. 5.) Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum vinciant, non permisisse solum, sed etiam proprie & per se, adeo ut sit proprium eius opus, non minus proditio iudae, quam vocatio Pauli, anathema sit (can. 6.) Haec omnia nonnulli contra eadem Novatores statuta fuisse, nemo ignorat; igitur iuxta ipsos consequens est, voluntatem humanam eadem prorsus libertate, quae naturae dicitur, nunc vestitam, nunc exspoliatam esse pro varia actionum civilium vel moralium, naturalium vel supernaturalium indoles: quod est omnino molli genus.

169. Quenam autem paradoxa seu portentosa errorum in praedictis Articulis praesertim de libero arbitrio tueantur Lutheri, & Calvini Sectatores, ex sequentibus Tridentinae Synodi Canonibus (sess. 7. de Justif.) colligere pronum erit. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium, a Deo motum & excitatum, nihil cooperari, assensiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam justificationis gratiam esse dispositum, ac praeparatum: neque posse dissentire, si velit; sed veluti inanimam quoddam nihil omnino agere, mereque passivum se habere, anathema sit (can. 4.) Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum emissum, & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re; sicutum denique a Sabana inuestum in Ecclesiam, anathema sit (can. 5.) Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum vinciant, non permisisse solum, sed etiam proprie & per se, adeo ut sit proprium eius opus, non minus proditio iudae, quam vocatio Pauli, anathema sit (can. 6.) Haec omnia nonnulli contra eadem Novatores statuta fuisse, nemo ignorat; igitur iuxta ipsos consequens est, voluntatem humanam eadem prorsus libertate, quae naturae dicitur, nunc vestitam, nunc exspoliatam esse pro varia actionum civilium vel moralium, naturalium vel supernaturalium indoles: quod est omnino molli genus.

70. Referatur censura, qua Angelicus Doctor perstrinxit opinionem negantium libertatem indifferenciam.

170. Sermonem de Libertate absolvamus proferendo gravissimum simulque verissimum iudicium, quod de praecis ejusdem odoribus & impugnantioribus efformavit D. Thomas (Q. Disp. q. 6. de Ele. Hum. ar. 1.) ut hinc etiam clarescat, haud injuria factam Augustinis a C. P. Antoine exprobrationem illam, quam (n. 151.) jam retulimus. Quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum, nec tamen ponciant, quod voluntas egeretur, quia non omne necessarium est violentum, sed solum id cuius principium est extra. Haec autem opinio est haeretica, quia tollit rationem meriti, & demeriti in humanis actibus; non enim videtur esse meritorium vel demeritorium, quod aliquis sit ex necessitate agi; quod vitare non possit. Est etiam annumeranda inter extraneas Philosophiae opiniones, quia non solum contrariatur Fidei, sed subvertit quoque omnia principia Philosophiae Moralitatis: si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate movetur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, praecipuum, & punitio, & laus, & vituperium, circa quae Moralitatis Philosophia consistit. Ad huiusmodi autem positiones ponciant induci sunt aliqui homines, partim quidem propter proterviam, partim propter aliquas rationes sophisticas; quas solvere non poterunt.

ARTICULUS QUARTUS.

De Involuntario ejusque Causis.

SECTIO I.

De Involuntario.

171. Quamvis Voluntario accurate jam perfecto, facillimum sit efformate notionem Involuntarii, quippe ex veteri proloquio oppositorum opposita sunt rationes; attamen consultum arbitror specialem de isto insinuerit disquisitionem, ut plana nobis aperiat via explorandi causas singulas, quae involuntarium ipsum prosequere valent in humanis actionibus. A nonnullis dicitur esse omne id cui deest aliquid ex requisitis ad voluntarium, verissime; at quisquis solum tenet involuntarii vocem, totum id jam comprehendit. Magis nos cruditer tradita ab Aristotele definitio, qui (l. 3. Eth. c. 1.) involuntarium ait esse, quod sit vol ut, vel ignorantia. Cum enim voluntarium ex eodem Philosopho duo necessario complectatur (n. 121.) intellectus cognitionem, & voluntatis inclinationem; hinc conficitur involuntarium illud esse, quod evenit vel citra cognitionem, vel contra inclinationem, adeoque vim, & ignorantiam inducere involuntarium; cognitioni namque adversatur ignorantia, & vis inclinationis.

171. Propositio Involuntarii definitio ex Aristotele.

172. Exinde nobis duo simul innoscunt, nempe & primaria divisio, & duplex causa involuntarii. Itaque involuntarium aliud est per violentiam, aliud per ignorantiam. Per violentiam illud agitur, ex eodem Aristotele, cujus principium expressa est, atque id ejusmodi est, ut nihil adjumenti adferat ei, qui agit, aut patitur; ut dum quis multo me robustior, apprehensa manu mea, cogit me primo amicum cadere, deim serulam sustinere: quorum illud ago, istud patior contra voluntatis meae propensionem. Per ignorantiam vero id agitur, per quod laudatus Philosophus, quod ita ex ignorantia committitur, ut subsquatur dolor, & cum qui agit, penitet: ut dum parens aliquis intempesta nocte a fommo excitatus, eo insolitum strepitum in domus conclavio editum, ignea balista filium tunc a theatro reverentem enecat, existimans esse nocturnum furcam; unde detecto p. stmodum errore plerumque agitur.

172. Prima divisio Involuntarii, quod vel per violentiam, vel per ignorantiam evenit.

173. Secundo displicetur Involuntarium in simplex, & secundum quid sive diminutum. Simplex tunc est, quando quis externa vi compulsus aliquid agit, voluntate sua in actionem nullatenus influente: ita ut in ea actione sese habeat instar inanimis instrumenti; ut dum Sancti Martyres cogebantur tyrannorum, & carnicum violentia coram idolis genua flectere, & propriis manibus thura adolere. Secundum quid esse censetur, ubi aliquis inducitur quidpiam facere, quod non facere mallet, aut omittere, quod mallet facere; adeo ut mutata ob supervenientem graveam causam pristina inclinatione, jam insuata voluntas in actionem, aut omissionem; ut dum pseudomartyres vel tormentis perterriti, vel blanditiis illecti Christianam fidem abhorbant, in illa constanti permansuri, nisi persecutionis turbo ipsos dejiceret. Actiones huiusmodi dicuntur involuntariae secundum quid, sive juxta Aristotelem (l. 3. Eth. c. 1.) mixtae, quia nam ex voluntario simul, & involuntario coalescere videntur; ex involuntario quidem, quia malum imminens, aut bonum speratum, quibus voluntas tandem flectitur ad annuendum, quasi cogentis vim habent; ex voluntario pariter, quia absolute sunt voluntaria quae se fiunt; eo enim tempore, quo geruntur, sponte suscipiuntur, & contrariis rebus anteposantur; unde vel laudem, vel reprehensionem consequentem habent sapientium iudicio; quae sunt utique clara indicia sponte factorum.

173. Altera divisio Involuntarii simplicis, & secundum quid.

174. Hoc alterum involuntarii genus, & non primum illud oportet credamus extitisse in Viris illis Sanctissimis, quos ab Ecclesia Praepositis, invidios, repugnantes, nolentesque Sacris Ordinibus initiatos fuisse praecisa Historia perlaepe commemorat sitidem in Hebraeis, & Saxonibus infidelibus, quorum illi tempore Sisebuti Regis Hispaniae, illi aetate Caroli V. Imperatoris leguntur attracti minis, terroribus, suppliciis ad suscipiendum Christianum Baptisma. Neque enim ii omnes animo penitus, & constanti contradicentes Sacra reapse susceperunt; sed talia dumtaxat passus sunt antecederent, ut ex nolentibus fierent volentes, & Ecclesiasticorum Pastorum iudicio tandem sese submitterent. Hujus rei fidem facit D. Augustinus per reliquos Auctoribus, qui verba faciens de praedictis Ordinationibus (Epist. 137. ad

174. Qui in Ecclesiastica Historia leguntur susceperunt Sacra Sacramenta Ordinis, & Baptismi, praeterquam habuisse flectentur involuntarium secundum quid, quod absolute reputatur voluntarium.